
ΣΧΕΔΙΑΣΜΑ
DE
JVDICIO CAESAREO FORESTALI NORICO,

in ſpecie ita dicto,
Vom
Kayſerl. befreyten Nürnbergiſchen Forſt-Gericht/
an Seiten des Reichswalds SEBALDI,

QVOD
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,
EX DECRETO
MAGNIFICI
JCTORVM ORDINIS,
IN
CELEBERRIMA VNIVERSITATE ALTDORFFINA
LOCO
DISSERTATIONIS INAVGVRALIS,
SOLENNI ERVDITORVM DISQVISITIONI
EXPONIT
JOHANNES SIGISMVNDVS Schreiber/
WEHRDA-NORICVS.
AD D. JVNII, ANNO MDCCXI.

RECVDIT JODOC. GVIL. KOHLESIVS, ACAD. TYPOGR. AN. MDCCXV.



PRÆFAMEN.



Um viam pandimus ad Dissertationem nostram sive χιδίασμα hoc, Monitore certè opus erit, qui in limine Lectorem Benevolum & de Instituto & de Elaboratione edoceat, ne fortè auctori Consilium ab eo alienum adscribatur, aut graviori, quam par est, censura ipse notetur: Quantum enim ad institutum attinet, in eo facilis quidem reprehendendi suppeteret ratio, argumentum tale selegisse, quod vix centesimo usui esse possit, atque adeo dignum habendum, quod proscribatnr. Verum enim verò pace mea ita sentiant,

tiant, qui ſenſu abundant, mihi ſatis ſit, præterquam quod cuilibet integrum, quod velit eligere argumentum, meam ſententiam auctoritate magnorum Virorum Per-Illuſtris Reipublicæ Noſtræ Noricæ eſſe munitam, & rectius eorum elaborationi operam dari, quæ non tantum in ordinem nondum ſunt redacta, ſed etiam non ſingulis inſpicienda patent. Quid? quod difficilius forte exiſtimandum, indigeſtæ alicui materiæ formam inducere & propriis viribus ſe dedere, omni auctorum ope deſtitutum. De Elaboratione vero non habeo, quod regeram, ſi mecum nimio rigore, quis agere intendat; ne tamen & in ea indefenſus exiſtam, tam de materialibus, quam formalibus nonnihil monebo. Materialia coarctari neceſſe erat, ita ut, ceu ipſe fateor, multum adhuc de iis, qui æquè ex his fontibus bibere, jure deſiderari, nec ſatis eorum guſtui nos feciſſe, objici posſit. Temporis enim ratio effecit, ut prope duplum omiſerimus, quô dubio procul aucta prodiiſſet diſſertatio, niſi illud obſtitiſſet. Quemadmodum vero ſuperflua impune reticuimus, ita certè maxime neceſſaria nihilominus dedimus, adeo ut id, quod intendebamus,

bamus, σκιαγραφίαν scil. aliquam hujus argumenti sistere, nobis fortè licuerit. In formalibus contrà veniam rogo, quam & prægnantissima (spero) causa promotum eunt. Dum scil. temporis angustia præcipitem reddidit calamum, qui publicis destinatus negotiis ad hanc scribendi rationem post tantum temporis intervallum somnolentus rapiebatur, præsertim cum ineluctabilia ipsa institére negotia, quæ omni ferè momento curas huic rei dicatas lassabant & ad alia revocabant. Impossibile proinde fuit eâ qua par est circumspectione & meditatione integras horas dissertationi consecrasse, sed omnia furtim quasi conscribenda & deproperanda erant. Quibus nec aliud quoque quam fugitivum scribendi genus, simplicissimum, quò nos usi sumus, intellige, aptum fuit. Unicum tantum addo, licet per se notum sit, privatum scil. hocce scriptum esse nec id publicis causis, vel in minimis subservire multo minus autem officere posse. Quo dicto Benevoli Lectoris æquitati & benignitati omnia subjicimus.



B. C. D.

CAPUT I.

De Nomine Origine & Definitione hujus judicii.

§. *I.*



Cturis nobis de Judicio Cæsareo Forestali Norico, nemo, ceu Spes nos alit, vitio vertet, si Philosophorum placitis, nimis anxie non inhæreamus, dum de methodo certas præscribere amant regulas. Sæpius enim videmus ab his, qui illorum vestigia solicitius premunt & ne latum quidem unguem discedere audent, sed quemlibet levem secessum pro piaculo potius habent, varia doctrinarum genera obtorto quasi collo, in angustiores cancellos ne dicam carceres rapi, quam par est, & natura eorum ferre potest, adeo ut cum rei formam dare student, deformitatem rectius promoveant. Quod neutiquam fieret, si pro ratione ipsius rei, propriæque ejus formæ, liberiori quodam tractandi modo incederent. Commodiorem præsenti instituto methodum, in aurea illa Philosophis non minus decantata μεσότητι positam certe duximus, quo scil. neque nimio & diffuso loquacitatis genere, tritissima quæque & lippis tonsoribusque nota inculcando pariterque summa imis miscendo, abripiamur, neque nimis conciso & Laconibus solenni dicendi modo intelligibiles, ut ita loquar, aut prorsus barbari evadamus, Sulmonensis Poetæ exemplo qui ad Sarmatarum Getarumque fines amandatus,

datus, ſocialitatis fere ſe expertem conqueritur, dum ſcribit.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli.

§. II.

Curæ proinde nobis erit & in limine diſſertationis noſtræ hujus præcepti memores eſſe, dum evolutioni Verborum operam dare volumus, ſiquidem notiſſimorum recoctio nauſeam facili pareret, aut poſthabita neceſſaria vocum Expoſitione, interprete indigeremus. Etenim nota vox Judicii, cujus ἔτυμον à jure dicendo Dd. acceſſere volunt, ita ut audiat quaſi Jusdicium teſte Vult. *de Jud. L.* 1. *c.* 1. *num.* 30. dubio procul authoritate Iſidori *in c. forus.* 10. *X. de V. S.* hanc in ſententiam ducto. Ex quo forte eſt, quod quædam Juriſdictionis & Judicii Cognatio Dd. ſuboluerit, ſi in indaganda differentia harum communi quaſi ſidere natarum vocum laborant. Duaren. *in pr. tit. ff. de Judic.* inprimis ſi & Ulpianum *in L.* 1. *&* 2. *ff. de Judic.* de Juriſdictione loquentem audiverint.

§. III.

Multas vero ſignificationes vocem hanc recipere, patet præcipue ex doctrina Ritterſh. *ad Nov. P.* 9. *c.* 3. ubi earum 23. enumerat, quæ quidem tam ex Philoſophorum & Philologorum quam JCtorum ſcholis, ex divinis non minus quam humanis LL. petitæ. Frequentiores quæ in Jure Rom. occurrunt, ſunt, quod accipiatur, 1) pro mentis diſcretione. *L.* 12. *§.* 2. *ibi: quia judicio carent. ff. de Jud.* 2) Pro ultima voluntate. *L. ult.* §. 1. *ibi: certum eſt enim judicium defuncti. ff. de inoff. Teſt.* 3) Pro actione, *L.* 41. *ibi: in omnibus b. f. judiciis ff. de Jud.* 4) Pro loco Judicii, *L.* 2. *pr. ibi.: judicio ſiſti. &.* §. 1. *ibi: in judicio non ſtetit.*

ftetit ff. si quis caut. in Jud. sist. 5) Pro legitima de re controversa disceptatione coram Judice instituta, quæ quoque Instantia dicitur, Dd. *ad tit. ff. de Jud.* Et hæc ultima nostro instituto subservit, dicitur etiam nobis in vernacula das Gericht.

§. *IV.*

Quantum ad æquipollentes voces attinet, variæ harum suppetunt, si per Forum, Jus, Tribunal, Dicasterium, Prætorium, Curiam idem sæpius reddi, cernimus; quamvis non diffitendum, unam alteramve quandoque latius vel angustius patere, quo examine tamen brevitatis studio supersedemus. Ex antiquo Germanorum Stylo pariter supersunt idem significantes voces Mahlstatt oder Platz item Saal / de quibus vide Generos. Dominum Christoph. Scheurelium à Defersdorff / Serenifs. Princip. Schvvartzenbergensis & Perillustris Reip. Patriæ Consiliarium intimum *in Differt. de Judic. Reipubl. Norib. A. 1690. heic Altorffi habita, pro more eruditissimè differentem. c. 2. §. 3. & §. 19.* His verbum Ding sive Sing / pace Wehneri optima forte adjungimus, quem ipse, si lubet, adeas in *Observ. Pract. h. v.*

§. *V.*

Verbum Cæsareum à Cæsare derivari clarum est, unde autem ipsum Cæsaris nomen originem ducat, inquirere instituti ratio non patitur. Notamus duabus lineis potissimum fortè in duplici sensu aliquid dici Cæsareum 1.) quod ipsius Cæsaris in præsens est, & ita dicuntur Cæsarea omnia, quæ Cæsari subserviunt, vel ad Eum spectant. 2.) Quod tantum originem suam à Cæsare & ejus gratia habet, ita vocantur Privilegia Cæsarea, quæ à Cæsaribus indulta, & hæc ultima significatio est hujus loci, si Judicium nostrum propterea Cæsareum appellatur,

pellatur, quod à Cæſaribus ſive Imperatoribus Romanis per privilegia coſtitutum & confirmatum. Nonnulla autem horum à Regibus conceſſa eſſe infra docemur, id quod etiam indicat Reform. Nor. *T. 1. L. 7.* ibi: An iren von Röm. Kayſern und Königen gefreyten Gerichten.

§. *VI.*

Foreſtale à foreſta vel foreſto deſcendere, conſtat, utrum verò foreſta vel foreſtum, Latinis vel Gallis aut etiam Anglis, ceu volunt, natales ſuos debeat, & in quo à Nemore & Sylva differat, item quid in theſi foreſtale ſignificet? hæc omnia ex ampliſſimo opere, quod Dn. Fritſchius ſub Corpore Juris Venatorio-Foreſtalis edidit, & An. 1702. auctum prodiit, ſi placet, petas. Sufficiat dixiſſe foreſtum in genere nobis denotare, einen Wald oder Forſt/ & in præſenti, ductu Privilegiorum Cæſareorum, ſaltum, nemus, ſylvam, foreſtum, unum idemque eſſe, & hæc omnia promiſcue ſum; Per foreſtale autem idem nos intelligere, quod ad foreſtum attinet; Proinde Judicium hoc noſtrum ideo foreſtale nominari, quod in cauſis ad foreſtum ſpectantibus peragitur; quæ & quales vero hæ cauſæ? ex ſeq. Capite III. ubi de Jurisdictione illius acturi ſumus, clarius nobis innotuerit.

§. *VII.*

Noricum quid ſit, facile eſt intellectu, cum nihil aliud per hoc innuimus, quam Judicium noſtrum unum eſſe ex Judiciis Reip. Norib. Unde vero hoc nomen derivetur, nunc exponere animus nobis non eſt, ſiquidem hæc omnia ex hiſtoria antiqua deducenda forent, id quod tamen propoſito noſtro adverſatur; Quodſi autem omnes ii, qui extra muros Inclytæ Civitatis noſtræ vitam degunt & Illuſtr. Senatus

tus Nor. poteſtatem agnoſcunt, in Subjectionis teſſeram ſe Noricos ſcribunt, eo libentius hac appellatione uti placuit, quia hoc judicium maxima ex parte in eos, qui intra & prope Sylvam Noricam terras colunt, exercetur.

§. VIII.

Properamus potius ad Cunabula & ætates noſtri Judicii, quibus aliqua certe mora indulgenda erit, etſi brevitati quam maxime operam dare, nobis ſententia eſt. Præmonuiſſe autem juvat, hoc judicium non vigore Superioritatis territorialis ut alia Per-Illuſtr. Reip. Patriæ Judicia, primum inſtitutum, ſed ex Regia & Imperiali Providentia profectum eſſe; ceu ex ſeqq. pluribus videre licet. Paucis igitur rem ab ovo, ut ajunt, repetamus, dum hiſtorica fide accepimus; Quod ab initio & antiquiſſimis temporibus tractus ille, qui a tribus fluviis der Schwabach / der Rednitz und Schwartzach circumſcribitur, & in antiquis privilegiis Circulus Noricus (der Nürnbergiſche Crayß) audit, inhoſpitabilia deſerta & ferarum clauſtra potius quam hominum prædia & habitacula retulerit. Conſedere vero tandem aliqui ad Pegneſum amnem crebris flexibus ſubinde curvatum & tractum hunc in medio ſecantem; quorum ex Conſeſſu pagus dubio procul ex more omnium Urbium & Rerumpubl. enatus, qui temporis lapſu in celeberrimam Civitatem Noribergenſem excrevit; Sicque

- - - *prima eſt ea gentis origo.*

§. IX.

Quemadmodum autem in Imperio noſtro Romano-Germanico omnia ea quæ non ſpeciali feudi titulo a Statibus tenentur, immediate Imperatori & Imperio ſubjacent,

cent, &, ut verbis *L. 3. C. de quadr. præscript.* utar, regulariter omnia Principis esse intelliguntur; Ita similiter de his Saltibus res se habet, quod scil. & illi immediata Imperii bona ab omni ævo fuerint, dum à Carolo IV. Imp. Civitati Noribergæ, impulsu summæ in hanc Clementiæ,

connubio juncti stabili propriique dicati.

Quorum utrumque ipsius Sacratissimi Imp. vel tum temporis potius tantum Regis Privilegia de A. 1347. & 1350. disertis edocent verbis, si eos, in illo Unser und des Reichs Walde/ appellat, in hoc vero nostræ Civitati subjectis adscribit formulis: Und wollen daß die Walde und der Forst die beyderseits des Wassers der Pegnitz gelegen sind, bey Nürnberg/ es sey an Wasser/ Waid/ Holtz/ Fürreuten/ Nutzung und mit aller Zugehörung bey der Stadt zu Nürnberg ewiglich/ und ungehindert bleiben sollen. Et hinc in alio Diplomate Carolino de A. 1358. illico repetitur: Unser Wälde die gehören zu eurer (i. e. der Schuldtheißen / des Raths und der Burgere) Stadt zu Nürnberg; sequioris ævi Privilegia tacemus.

§. X.

De Jurisdictione enimvero nunc nobis potius disquirendum erit, qua de multa in Controversia inter Sereniss. Domum Brandenburg. & Civitat. Norib. superiori Seculo intuitu Criminalis Jurisdictionis in summo Imperii Tribunali agitata reperiuntur, ubi inter alia Noriberga adstruit, antiquis literarum documentis fidem dictis faciendo: quondam sub Præsidis Provinciæ sive Castellani, Imperii nomine jura tunc dicentis, potestate, omnem Superiorem Civilem & Criminalem Jurisdictionem hoc in tractu fundatam, fuisse comprehensam, ita tamen, ut totius

 saltus

ſaltus hujus cura cum aliquali inferiori Jurisdictione meridiem verſus Stromerorum Familiæ, verſus Septentrionem vero Sereniſſ. Dn. Burggraviis ſub officio foreſtarii, feudi titulo relicta fuerit, ceu pluribus ratione horum indicant literæ Inveſtiturarum à Rudolpho Sereniſſ. Dn. Burggraviis A. 1273. datæ. Ex quo facile temporis ſucceſſu ſolenne aliquod Judicium enatum, quod deinde Anno 1427. cum aliis juribus acquiſitis, emptionis titulo in Civitatem Noricam, accedente ipſius Imperatoris Sigismundi Confirmatione in ipſis inveſtiturarum literis expreſſa tranſiit; Non ſecus ac multos ante annos jamjam à Stromeris ratione alterius partis ſimilem contractum legimus celebratum. Et ab hoc tempore viget alterum hoc Judicium Foreſtale Noribergæ, idque ſuſtinet Dominus Sylvæ Præfectus, ſalva ſuperiori Jurisdictione Inclyti Senatus, in qua ruenti ſupradicto Præſidatui Provinciali dudum ſucceſſit: Teſtis eſſe poteſt Conceſſio Ludoviciana de A. 1331. vi cujus illo jamjam tempore & ſic prius quidem quam ſaltus hi ab Imperatoribus Noribergæ adhuc erant traditi, foreſtarii & alii officiales Senatui Norico Sacramentum præſtare tenebantur, eique poteſtas pœnam corporis afflictivam in transgreſſores ſtatuendi competebat. His ibi occurrentibus verbis: Daß alle Ambtleute/ Forſter und Zeidler / auf beeden Wäldern jedweder halb der Pegnitze / wann man die fordert/ von des Raths wegen zu Nürnberg/ alle Jahr zu einem mal ſollen kommen auf den Rath und zu den Heiligen ſchwören zu behalten/ was dieſelben Burger zu Rath werdent / das dem Reich und der Stadt gut und nütze ſey / und ſollen auch rüchen bey demſelben Eyde/ was demſelben Walde ſchädlich ſey. Et in fine hielten das die Ambtleut/ Forſter und Zeidler / oder wer zu dem Wald gehört/ nicht ſtet / oder überführen das/ und wolten ſein nicht gehorſam ſeyn;

seyn; Die soll ein Richter zu Nürnberg und die Burger von des Reichs wegen straffen / an Leib und Gut / nachdem und sie dünckt / das sie verwürckt haben. Quæ omnia quoque in seqq. Privilegiis repetita & dilatata sunt.

§. XI.

Ex quibus autem in summa constat, totum hunc tractum Sylvestrem per Pegnesum & urbem ipsam in duas partes secari, quarum quælibet proprio suo Judicio gaudet; Altera quæ meridiem versus sita est, & à secundo Parochiali templo Noribergensi D. Laurentio sacro der Wald Laurentii, altera quæ in Septentrionem vergit, & à primario Parochiali templo D. Sebaldo dicato der Wald Sebaldi vocatur. Illius Judicium dicitur das Zeidel-Gericht/ hujus autem Judicium de quo nobis sermo, das Forst-Gericht / licet non subticendum hanc ultimam denominationem strictè accipiendam esse, & aliàs utramque in lata significatione nostro Judicio competere. In quo fidem antiqui Protocolli Forestalis sumus secuti, ubi idem Judicium nostrum, quod ratione Sylvæ Septentrionalis institutum, quandoque etiam das Zeidel-Gericht inscriptum est, quatenus scil. causæ mellicidii in eo tractabantur.

§. XII.

In definiendo hoc judicio, ut nimis religiosi simus, Logicorum apices acutissimo oculo perscrutando, necesse non est; Satis enim nobis sit, illud fortuitis & crassioribus lineis describere, quo tantum prudens lectorum quilibet illius naturam, quoad opus erit, capere possit. Proinde dicimus Judicium nostrum instantiam, in qua causæ ad sylvam Noricam Septentrionalem spectantes ventilantur & deciduntur, Imperiali auctoritate constitutam.

§. XIII.

Divisionem vix recipit, nisi illud in lato sensu acceptum in das Forstgericht stricte ita dictum, quatenus tantum circa ordinarium sylvæ usum, lignandi puta, versatur, und in das Zeidel-Gericht / in quantum causæ mellicidii in eo tractantur, dispescere velis; idem enim quondam fuisse observatum, Protocollum supra a nobis citatum, multis rerum exemplis comprobat, quanquam in effectu unum idemque esse Judicium, ipsa res loquatur. Alia adhuc divisio hujus Judicii ex actis forte erui posset, si in Ordinarium & Extraordinarium ein Gast-Recht oder Gast-Gericht (quæ duo ibi unum idemque sunt) diduceretur: sub voce Gast-Gericht enim nil aliud intelligere possumus, quam Judicium extra ordinem, ac, ut videtur, sumptibus partium institutum, sic in antiquo Protocollo sub die mercurii post Martini de Anno 1468. pronunciatum est, das er dis wandeln sol dem Richter und dem Schopffen yden umb XIII. Pf. und zusambt dem Gastmaln und Gerichtscheden. Vid. omnino Besold. *in Thes. Pract. voce* Gast Recht. *& quidem in addit.*

CAPUT II.

De Personis in hoc Judicio occurrentibus.

§. *I.*

PErspectis hujus Judicii generalibus progrediendum erit ad specialia, ubi præ omnibus de personis in eo occurrentibus dicemus. Personæ vero sunt vel *Judicantes* eisque subservientes vel *Litigantes.*

§. *II.*

Judicantes constituunt vel utrumque Judicium das Forst-

Forst- und das Zeidel-Gericht/(quod ultimum, ceu diximus, in opposita regione in usu est) vel hoc tantum nostrum Judicium, das Forst-Gericht in specie ita dictum. Utrumque constituunt Illustres Domini Senatores Deputati, die Wald-Herren/ quorum numero sex & quidem plerumque proximi à Supremo Septem-Viratu sunt. Hi totius Nemoris, quod Civitatem Noribergam circumit, curam gerunt; quem in finem etiam Sessiones adscitó ad has cujusque Ditionis Domino Præfecto celebrant, ubi de Nemoris statu, vitiis ac mediis deliberant, & quod necesse est, præcipiunt, eorumque Decreta vocamus Wald-Herren-Verlässe. Ad Senatum autem causas arduas referunt atque devolvunt. Utrique Judicio Forestali tamen assident haud secus ac alii Assessores late ita dicti, de quibus paulo post. De cætero his accensendi adhuc sunt Domini Consiliarii, quorum alter Assessoris munere itidem fungitur, alter vero Advocati vices gerit, dum officialibus agentibus vel conventis, ut in seqq. pluribus videre est, patrocinium præstat.

§. III.

Personæ nostrum hoc Judicium in specie constituentes sunt (1) Dominus Præfectus hujus sylvæ, der Herr Wald-Ambtmann des Walds Sebaldi / hic enim Judex & Præses quoque est Judicii & dicitur der Ober-Richter des Kayserl. befreyten Forst-Gerichts. Voto consultativo & decisivo non gaudet, siquidem etiam ipse quandoque tanquam Præfectus personam actoris sustinet, vel certe quondam sustinuit, testibus Protocollis forestalibus. Nihilosecius tamen omnia literarum genera, ut sunt documenta, transumpta, alienationis decreta, Rotuli & id genus alia in nomine & sub sigillo ejus expediuntur. Nisi quod sen-

tentiæ

tentiæ nomine derer Urtheilere pronunciantur, & acta primæ instantiæ in iis causis, quæ illum ipsum Dominum Præfectum actorem vel reum habent, sub cujusdam Vicarii nomine eduntur.

§. IV.

Succedunt (2) Scabini die Schöpffen / numero ut plurimum XII. quandoque pauciores; ex his primus nomine Judicii Civitatis wegen des Stadt-Gerichts / alter Judicii Provincialis nomine, wegen des Land- und Baurn-Gerichts/ tertius pro observando commodo Inclyti Senatus, pro interesse Eines HochEdlen Raths assidet, reliqui vero sunt Possessores prædiorum, sive (ut Imperialis elocutio habet) mansorum forestalium derer Forsthueben.

§. V.

Sciendum enim totam Sylvam, quæ Septentrionalis nobis est, & der Wald Sebaldi à templo primario, ut supra notavimus, nominatur, in sex districtus distribui, quos Huten in vernacula reddimus, dubio procul ex eo quod districtus hi custodiendi. Et quia unicuique horum districtuum mansus forestalis sive prædium eine Forsthub assignatur, in quo forestarius sive saltuarius tanquam custos sylvestris talis districtus, moratur, quivis eorum (districtuum scil.) nomen sortitur ab illo pago, in quo prædium illud constitutum, ceu ex nominibus horum prædiorum & districtuum in aprico est. Respondent enim prædia die Forsthuben zu Crafftshoff / Dennelohe / Kalchreuth / Güntersbühl / Rückersdorff und Erlenstegen / districtibus denen Forsthuten similium nominum. Cum vero nonnulli horum forte majorem ambitum & amplius spatium comprehenderent, quam cui unius forestarii excubiæ sufficerent,

cerent, talibus duo forestarii sive saltuarii præficiebantur, duoque dimidia prædia conjuncta, zwo halbe Forsthuben tribuebantur, quo eo rectius geminata speculatorum cura plebis nemori infensæ molitiones & insidias, quibus ne Argus quidem sufficit, frangeret. Ita videmus der Forsthub Crafftshoff adjungi die Forsthub in vicino pago zu Neunhoff/ item der Forsthub zu Dennelohe associari eine andere zu Puckenhoff / item der zu Kalchreut addi eine zu Keeßwasser / & denique der zu Gündersbühl adscribi eine zu Kleingeschaid.

§. VI.

Sed ut tandem missis anfractibus in rectam revertamur viam, facillimum, credo, erit intellectu, Scabinos ex possessoribus horum prædiorum forestalium, qui die Erb-Forstere dicuntur seligi atque constitui. In quorum allectione autem ni fallor deprehendere licet ἀναλογίαν quandam cum Curia feudali, ubi & ipsi Pares Curiæ locum sibi asserunt in judicando.

§. VII.

Audito nomine derer Erb Forstere temperare mihi certe nequeo, quo minus differentiam inter Erb-Forster & Stock-Forster duobus tantum verbis adhuc indicem. Illi sunt, ut diximus, possessores hereditarii prædiorum sive mansorum forestalium derer Forsthuben / & percipiunt commoda quæ accolæ sylvestres sive Usuarii forestales die Wald-Genossen in recognitionem juris forestalis ihres Wald-Rechts pendunt, nulla habita ratione, an ipsi custodiam præstent vel non; Quodsi enim talis Possessor Nobilis vel alius insignis dignitatis sit, adeo ut curam sylvæ habere ipse non possit: Alterius cujusdam

 hominis

hominis plerumque ſubagreſtis & harum rerum non ignari operas pro mercede conducit, qui vocatur ein Stock-Forſter. Operæ autem ejus in hoc conſiſtunt, ut diſtrictum ſuum Sylveſtrem peragret & in ſtatam illius, pariter ac in Uſuarios auf die Wald-Genoſſen intendat, horumque actibus moderetur, quod omne unica hac phraſi efferunt. Den Gang auf den Wald verrichten.

§. *VIII.*

Accedit hactenus enumeratis Perſonis Iudicialibus, Actuarius der Forſt-Gericht-Schreiber / qui non tantum ea quæ hoc in judicio pertractantur, in tabulas publicas, quas titulo Protocolli foreſtalis, des Forſt-Gerichts-Buchs inſigniri docemur, refert, ſed & omnibus aliis negotiis quæ a Domino Præfecto extra Judicium pro Nemoris bono ſuſcipiuntur, mandantur & expediuntur, manum miniſtram præbet, dum Uſuariorum foreſtalium derer Wald-Genoſſen perceptiones in libro pignorationum in dem Pfand-Buch / notat, item annuos & alios eorum reditus, cæteraſque præſtationes juxta ac mulctas literis conſignat; ubi in vernacula expenſas ordinarias, als das Laubgeld / a conceſſione lignandi, ob quam penditur, hoc nominis habens, die guten- & mulctas, quæ in transgreſſione Ordinationis foreſtalis irrogantur, die böſen Pfand / vocant. Conſtruit etiam tabb. accepti & expenſi, ac peragit alia plura, de quibus ne quidem nuda nomina dare inſtituti ratio permittit. Facile vero ex ſeqq. ubi de Jurisdictione hujus Judicii acturi ſumus, intelligere erit.

§. *IX.*

Subſervit denique huic Judicio Nuncius der geſchwor-

ne

schworne Forst-Gerichts-Bot / ut in Transactione Harrasensi, quæ inter Sereniss. Domum Brandenburgicam & Civitatem Noribergam A. 1496. inita, & a Sereniss. Mediatoris Saxonici Ablegato Dieterico Equite de Harras ita denominata est, audit, alias quoque der Gerichts-Knecht dictus; Cujus officium maximam partem in eo consistit, ut conventos in jus vocet, libellos insinuet & de Citatione facta postmodum referat. Et tantum de Personis Judicantibus eisque subservientibus.

§. X.

Transimus nunc in Litigantium castra, ubi in primo statim frontispicio unus in oculos nostros se ingerit, de quo an inter publicos vel privatos homines, actores vel reos referendus? res dubia vel incerta videtur. Cum enim regulariter litigantes esse possunt omnes Usuarii forestales, qui in causa aliqua forestum sive sylvam concernente litem sibi invicem movent, aut de re aliqua corporali vel incorporali e. g. servitute pascendi disceptant; Præter hos sæpius unus famulorum sive servorum Dn. Præfecti ein Amptmanns-Knecht / quorum 2. vel 3. ut plurimum sunt, apparet, qui utramque personam tum actoris tum rei sibi imponit, si ex officio sive Publico ipsius Præfecture nomine quis privatorum in jus vocandus, ut talis ob prohibitum aliquot juris forestalis exercitium actionem, e. g. confessoriam contra Præfecturam ipsam instituit; Nam his casibus famulus loco Præfecturæ an statt des Wald-Ampts nomen suum proprium in Judicio profitetur, & se quoque pro rei statu condemnari patitur. Nec desunt exempla olim ipsum Dominum Præfectum actoris partes quandoque suscepisse, & quidem citra omnem Partialitatis,

 ut

ut ita loquar, notam, cum supra eum, voto destitutum dedimus. Quoniam vero in Protocollis unum alterumve horum famulorum in eadem audientia egisse, & nonnunquam alterum alterius nomine institutam actionem, ut Mandatarium fuisse prosecutum legimus, indicio hoc nobis est, quotidiano usu consentiente, quemlibet semper actorem permansisse ejusdem actionis quam instituerat, instituisse autem regulariter eam, si ipse reum in facinore quodam deprehenderit, his enim solis in universum, ubique locorum in nemore facultas competit delinquentes in flagranti, ut loqui amant pignorandi; cum forestariis sive saltuariis id tantum in suis districtibus liceat.

§. XI.

Subjiciendum denique Advocatos & Procuratores, qui in aliis Judiciis Reipubl. Patriæ admittuntur, & hic admitti; Si causa alicujus momenti nec ejus perspicuitas summarium Judicii ordinem suadat, sæpe enim

optima non ullo causa tuente perit.

Non nescit autem quilibet, qui aliqualem tantum de Curia Reipubl. Norib. notitiam habet, Advocatorum & Procuratorum munus ibi non unicuique, prout ei collibet, competere, sed solis illis qui Illustris Senatus Decreto recepti & in Matriculam sive Catalogum Officialium das Aembter-Büchlein relati sunt. Unde etiam illi ordinarii gemeiner Stadt Advocaten / hi publici, der Gerichten Geschworne Procuratores dicuntur. Utrumque vero Judicium tam Civitatis das Stadt-Gericht / quam inferius das Unter-Gericht peculiares suos habet Procuratores, qui uni harum Instantiarum unice ita dicati, ut

in

in altera, Mandatarii munere fungi, non liceat. Nihilominus utriusque Judicii Procuratoribus concessum est, in forestali nostro Judicio operam dare litigiosis partium negotiis. Sed de personis in Judicio nostro occurrentibus satis.

CAPUT III.

De Jurisdictione hujus Judicii.

§ I.

DIximus in primo Capite, actorum publicorum auctoritate freti, Jurisdictionem Criminalem Inclyto Senatui Norico per Concessionem Ludovicianam de An. 1331. cessisse, & ante quidem quam Judicium hoc a Serenissima Domo Brandenburg. Emptionis titulo ad Noribergenses Anno 1427. fuerit translatum. Ex quo facile percipimus, Criminalem hanc Jurisdictionem non ex hac venditione promanare posse, proinde Judicio nostro solam civilem Jurisdictionem competere, reservata Criminali Inclyto Senatui, a tot annis acquisita. De his autem nunc disquirere animus nobis non est; Cum in eo tantum thesis nostra acquiescit, Judicio nostro Civilem Jurisdictionem cum mixto tamen Imperio asserendam esse. Quam rectius forte simplici Jurisdictionis nomine signamus, Sutholti sententiam (in *Dissert. de Jurisdict. mixto & mero Imper. a n. 103. usq. ad 123.*) in hoc secuti, quod in Juris Romani sensu, Jurisdictio criminalis dici non possit, propterea quod Jurisdictioni merum imperium opponitur, atque ita Jurisdictionis verbum non aliter quam de civilibus causis intelligendum sit, & minus recte a Dd. cum illo confundatur.

§. II.

Sed ad rem accedentes statuimus Jurisdictionem hujus Judicii tripliciter fundari. I. Ratione Personarum & rerum simul. II. Ratione immobilium tantum. III. Ratione causarum tantum.

§. III.

Ratione Personarum & rerum simul fundatur hæc Jurisdictio (1.) in Forestariis & famulis sive servis Domini Præfecti eorumque mansis prædiis & domibus, auf denen den Gang selbst verrichtenden Erb- und Stock-Forstern auch Ambts-Knechten und deren Forsthuben Häusern und darzu gehörigen Gütern / si quis enim forestariorum hereditariorum nobilis sit, vel in alia dignitate constitutus, ut forestarii officium tantum feudi titulo teneat, nec actu eo fungatur, tunc ratione personæ alibi, & modo in forestalibus causis, ratione scil. mansorum, in hoc judicio forum sortitur. Idem vero quod de forestariis & famulis dictum, dicendum quoque de fabro lignario forestali vom Waldhauer & fossarum expurgatore vom Grabenmeister.

§. IV.

Simili modo fundatur (2.) in illis, qui citra officium aliquod forestale bona & Prædia Præfecturæ huic dem Wald-Ambt Sebaldi subjecta, actu possident. Welche von dem Wald-Ambt Gütere würcklich bewohnen und besitzen / und hinter solche ihre Eigenherrschafft als Unterthanen mit denen Gütern gehören und verherrt sind.

§. V.

Ratione Immobilium tantum Jurisdictio hujus Judicii

dicii locum habet in illis pratis & agris, qui feudi vel Emphyteuseos titulo culturæ gratia aliquibus relicti sunt, alias autem zum Reichsboden / id est, ut ego sentio, ad solum Nemori destinatum & proprium, proinde à Privatorum prædiis separatum, pertinent, ac uno nomine in vernacula Fürreuth dicuntur, dum scil. rastrò in pratorum & agrorum formam reduci volunt, & prædia inculta seu sterilia imo (secundum Caroli IV. Imperatoris Privilegium Anno 1358. concessum) devastatas & desertas sylvas referunt. Vid. quoque Dn. Dieth. in Continuat. Thesaur. Pract. Besold. *voc.* Fürreuth.

§. *VI.*

Ratione causarum tantum Jurisdictio se longe lateque diffundit. Et quædam harum directo spectant ad sylvam nostram & nobis proprie dici possunt forestales; Quædam vero ad illam referuntur, quia commode sine ea expediri nequeunt. Causæ hæ forestales proprie ita dictæ, diversi generis sunt, & 1.)quidem jus lignandi, das Holtzen/quod amplissimumest, & omne id comprehendit, quod ad arborum & lignorum justum modum & usum]pertinet, de quo vide Ordinat. Forestal. *A. 1535* typis exscriptam. 2.) Jus mellicidii, das Zeidel-Recht / quod tamen hodie in nostra Sylva Septentrionali parum exercetur; hoc de Jure, rarissimo certe argumento supra laudatus & nunquam satis laudandus Generos. Dn. Christoph. Scheurl a Defersdorff / magnum illud Reip. Patriæ Decus, singularem conscripsit Dissertationem, quam quia omnibus certe melli est, omnino consulas, 3.)Jus aucupium instituendi, das Vogelweidswerck / quippe quod ad Præfecturam nostram & Judicium

cium refertur, jus venandi enim das andere kleine Weidwerck und die Schweinhatz / quod præter bannum ferinum Sereniss. Domui Brandenburg. vi Instrumenti Emptionis & Venditionis de A. 1427. reservatum, ausser dem Hoch-Fürstl. Brandenburg. Wildbahn Civibus Noribergensibus competit, in alia Præfectura tractatur, nec ad nostrum hoc Judicium spectat. Et extant variæ Ordinationes ratione aucupii promulgatæ, inter quas illa de A. 1473. eminet, 4.) Jus pascendi in sylva auf dem Reichs-Boden weiden / treiben und hüten / ut docent acta in hoc Judicio ventilata, & Ordinat. Forest. 5.) Jus glandis legendæ, das Aichelschlagen / de quo habemus speciale aliquod Mandatum A. 1562. jamjam publicatum. 6.) Jus lutum & argillam fodiendi, das Laimen-und Thaen-Graben / item lapides eximendi, das Steinbrechen / de quibus Constitutiones primariæ A. 1536. editæ agunt, alia plura intacta relinquimus jura, quæ ex Ordinatione Forestal. haurienda sunt, & commode ad modo enumerata referri possunt. Quilibet enim facile sibi persuadebit, legibus opus fuisse, ut illi, qui ratione prædiorum suorum, tali jure gaudent, recte & quiete eo fruantur, ac omnis Injuria, quæ sylvæ vel ab his vel ab aliis inferri posset, declinetur. Et licet sylva neque muro neque septo claudatur, sed hominibus & fertis diu noctuque pateat, his certe legibus est munita, quarum sanctione scil. Insidiatorum nequitiæ quoad fieri potuit, obvium itum.

§. *VII.*

Reliquæ causæ, in quibus Jurisdictio Judicii nostri vires suas exerit, nobis propterea, quod actus in sylva ipsa exercendos non respiciunt, proprie forestales non dicuntur; quamvis citra eam vel saltem aliam possibiles

les non ſunt. Sunt autem illæ inprimis cauſæ ædificiorum, die Bau-Sachen / in quantum ſcil. hæc exſtruuntur & inſtruuntur, in Auf- und Einrichtung der Gebäu. Ubi enim Carolus IV. Imp. in A. 1353. Civitati Noribergenſi per ſpeciale privilegium jus prohibendi ædificia, quæ intra vel prope ſylvam, hujus in præjudicium, exſtrui volunt, conſtituit, conſequens certe eſt, citra ejus conſenſum, ibi nulla ædificia tuto exſurgere, alias rectius deſtrui. Id quod & ipſa privilegii verba volunt: Wer aber daß Jemands/in welchen Würden er ſey/ er ſey Herr / Ritter / Knecht oder Armmann / auf die vorgenannten Wälde icht bauen wolt / Veſten / Purgſtall ꝛc. oder andere Gebäu / wie die genannt ſeyn / -- davon uns und dem Reiche / und den / die die Walde durch Recht nach Beſchaydenheit nieſen ſollen / Schade entſtunde / oder entſtehen möchte in künfftiger Zeit / ſo wollen wir und gebieten ernſtlich und veſtiglich -- dem Schuldheiſſen dem Rath und den Burgern gemeiniglich der Stadt zu Nürnberg / unſern lieben Getreuen / und gen inn darzu unſer gantz Urlaub/ daß ſie denſelben Baue und denſelben Schaden wehren / hindern und abnehmen ſollen, als ferr ſie konnen und mügen/und als ferr ſie das mit Recht thun ſollen / und auch daß ſie die / die den Pauarbeiten und darzu Rath und Hülff thun / hindern mögen / nachdem und ſie zu Rath werden/und als ſie allerbeſt duncket. --

§. VIII.

In omnibus igitur actibus, per quos exſtruendo vel inſtruendo ædificia ſylvæ periculum enaſcitur, recte ſibi vindicat Civitas Noriberg. Jus prohibendi; quod tamen quoque tunc remittit, ſi prævia cognitione ædificium aliquod citra ſylvæ præjudicium excitari deprehendit. Quem in finem Reverſales literæ (die Reverſe) receptæ ſunt. Quibus cavetur, ædificium tale, quod precario & ſub lege revocationis ex lignis, etiam aliunde pretio redemptis,

erigendum conceditur, sine ope Sylvæ Noricæ imposterum sustentum iri. Non potest enim non cuique æquum videri, quod ille, qui aliquid mera ex gratia impetrat, vicissim spondere debeat, se non in damnum concedentis eo favore abuti velle. Licet etiam forte quis objiceret, eo casu, quo sine dispendio sylvæ quis ædificet, jus prohibendi locum non habere; Constat tamen facile omnibus, & illam exstructionem, cui ex alia sylva prospicitur, non prorsus citra periculum fieri, siquidem temporis successu quis ad harum ædium refectionem necessaria ex juris aliquo colore mox prætendere posset subsidia. Quocirca ob justum hunc metum jus prohibendi validum utique existeret, nisi per litt. reversales sive cautionales, ædificatoris commodo ex gratia consuli vellet.

§. IX.

Positis his perceptu facile est, non tantum in novis & futuris, sed & in præteritis operibus, huic Judicio prohibitionem æque ac cognitionem, utpote qua illa nititur, competere, quoniam & in horum instructione non nihil quandoque in detrimentum sylvæ fieri potest, e. g. in positione furnorum simplicium, derer gemeinen Feuer-Recht / & qualificatorum (ut sic loquar:) als derer Haffner- und Brandwein-Brennern-Rechte. Tandem in servitutibus etiam cognitio huc spectat, quia se illæ ad ædificia referunt, dum ex eorum vicinitate oriuntur. De his autem omnibus facile catalogum multis exemplis & præjudiciis refertum contexere possemus, ubi scil. inter famulum sive servum Dn. Præfecti dem Ambtmanns-Knecht & quendam privatum, vel inter quos privatos & vicinos lis subfuerit, nisi temporis angustia calamo limites præscriberet.

§. X. Uni-

§. X.

Unicum hoc prætermitti non poteſt ; Cauſam hanc ædificiorum itidem ad vicinos hortos & omnia alia prædia extra muros Urbis Noribergæ & intra vel prope ſylvam Noricam ſita ſi extendere , ibique Jurisdictionem noſtram fundari; quanquam alias nullo jure in ſylvam gaudeant, ut ex ſupra allegatis Privilegii Carolini verbis facile cuivis patet. In altero Suburbio , cui Wehrd nomen eſt , excipitur cognitio in ſervitutibus privative. Controverſia enim de Cognitione in cauſis ædificiorum ipſius Suburbii inter Judicium , quod ibi viget , & Noſtrum hoc exorta atque per aliquot annos agitata , Illuſtris Senatus Norici deciſo An. 1681. res ita eſt compoſita , ut Judicio Foreſtali cognitio in ædificiorum exſtructione & inſtructione ſalva permaneat , Judicio Wehrdano vero cognitio in ſervitutibus, (die Cognition derer von dem im Marckt Wehrd ſtehenden Gebäuen / entſpringenden Irrungen der Liechter / Trüpffen und dergleichen ſervitutum halben / ait ſententia ,) cedat. Quod autem hæc Jurisdictio ædilitia, (ut ita loqui liceat) noſtro Judicio , quatenus Noribergæ eſt , demum acceſſerit, & cum eo conſolidata quaſi fuerit , nec ante venditionem A. 1427. celebratam , ei jamjam competierit , per ſe omnino clarum fiet , ſi annus dicti Privilegii Carolini in memoriam revocabitur.

§. XI.

Ex hactenus enumeratis diverſis cauſis Jurisdictionis fundantæ , diverſas quoque Jurisdictionis ſpecies ſuboriri, neceſſe utique eſt ; ſiquidem tum perſonæ tum eorum bona mire inter ſe confunduntur , variisque nexibus ligantur. Præſenti inſtituto nulla fere videtur magis commoda Jurisdictionis Civilis , qualis hic eſt, diſtributio , quam ſi

 Fore-

Forestalem nostram late ita nobis dictam, ductu B. Dn. Lauterb. ejusque epitomatoris Dn. Schuzii *ad tit. ff. de Juris d.* subdivideremus in Allodialem Feudalem & Forestalem in specie, cui ultimæ speciei Ædilitiam subjungimus. In Forestariis enim & subditis eorumque bonis, de quibus supra §. 3. & 4. egimus, allodialis sive communis Jurisdictio exercetur, quam Vogtejam, die Vogteylich- oder Niedergerichtbarkeit hodie appellamus. Et in illis privative Jurisdictio hæc radicata est, adeo ut coram nullo alio Judice vel Magistratu civili comparere possint, sed Dn. Judicem sive Præfectum, Dominum suum, ut ejus subditi agnoscere debeant. Hinc quoque ex contractibus, hereditatibus & aliis omnibus causis, ex quibus actio oritur, hac in instantia, tanquam in foro domicilii, conveniuntur.

§. XII.

Secus vero se res habet in illis possessoribus bonorum, qui non ratione personæ, sed tantum ratione prædiorum, e. g derer Fürreuth-Felder forum hic sortiuntur; hi enim cum domicilium alibi constituunt & aliqua ejusmodi prædia rustica als walgende Stücke / Feudi vel Emphyteuseos titulo ab hac Præfectura tenent, aliter certe quam ratione horum bonorum (quo actiones reales maxime spectant) in Judicium vocari nequeunt. Quam jurisdictionis speciem Feudalem, credo, rectius quis censet, quæ analogam quandam Emphyteuticariam citra periculum simul quoque includit, quatenus scil. traditio horum prædiorum propius ad Emphyteuseos quam Feudi conditiones accedit.

§. XIII.

Et sicco pede profecto prætereundum non est, Fridericum Imp. An. 1452. Civitati Norjbergensi Privilegium indul-

indulsisse, quod omnia bona, quæ partem efficiunt Sylvæ nostræ, privative a Dn. Præfecto in feudum danda, nec ab Imp. ipso recognoscenda sint. Sed quia clarius ex fonte aquæ bibuntur, en ipsius Imperialis oraculi verba: Ordnen und setzen -- unwiederrufflich -- für ein Statut und Recht/ daß alle Stuck und Güter/ die da Lehen sind/ es seind Forsthuben/ Zeidel-Güter/ oder anders/ wie das Nahmen hat/ nichts ausgenommen/ zu den vermeldten Wälden/ Zeidlern und Gerichten gehörende/ alle die jenen/ so damit belehnt und den solch Gütter und Lehen zustehen und gebühren/ jetzund und hinführo zu ewigen Zeiten/ so offt sich solches begibt/ und zu Schulden kommt/ von den Ambt-Leuten/ so je zu Zeiten von den vermeldten Bürgermeistern und Rath zu Nürnberg über die genannten Wälde -- Gericht angesehen/ fürgenommen/ geordnet und gesetzt werden/ zu Lehen fordern und empfahen sollen/ als sich gebührt und Lehens Recht ist. Privative autem, ut innuimus, hæc intelligenda esse, aliud ejusd. Sacratiss. Imp. Frid. de A. 1464. confirmat, ubi nonnulli forestarii hereditarii, qui ratione bonorum sive prædiorum suorum forestalium immediate ab Imp. investiti erant, Vasallagii vinculo solvuntur, & ad Præfecturam nostram remittuntur, repetito & pœna 20. marc. aur. pur. sancito priori Privilegio de A. 1452. Allubescit ex posteriori cassationis tantum verba transcribere: Darum wir nach zeitigem Rath/ rechten Wissen und aus Vollkommenheit Unsers Kayserl. Gewalts/ alle solche Verleihung der obgeschriebenen Stück und Gütere/ zu den vermeldten Wälden und Gerichten gehören/ so den vorbestimbten und auch allen andern Personen von Uns verliehen seyn/ aufheben und gäntzlich abstellen/ und sie ihre Pflicht/ damit sie Uns der vermeldten Lehen halben verpflicht gewest/ ledig zehlen/ ordnen setzen und wollen rc. ut in præced. Privileg.

§. XIV.

Supereſt tertia Jurisdictionis ſpecies Foreſtalis in ſpecie ita dicta, utpote quæ cum ædilitia quam ad hanc rejicimus hic ampliſſima. Protenditur enim ad totum diſtrictum noſtrum foreſtalem & in omnes vicos ibique ſita prædia foreſtali jure prædita, ſive poſſeſſores eorum ſint Norici ſive alterius Magiſtratus ſubditi, puta Præfecturarum Bambergenſium & Brandenburgicarum aliarumve. Sed intellige, in cauſis huc ſpectantibus, foreſtalibus ſcil. & ædificiorum, & quidem in illis tanquam Uſuarii foreſtales, als Wald-Genoſſen. Si autem alius, qui nullum jus vel exercitium lignandi aut ſimile prætendere poſſet, Sylvam invadit & devaſtat, ab Inclyto Senatu Norico ut fur vel raptor criminaliter puniri poteſt, ceu ex Superioribus jam eluceſcit.

§. XV.

Pertractatis cauſis Jurisdictionis fundandæ omnibus, unico hoc monito præſens noſtrum caput obſignamus; Nullum aliud Judicium ſive Noricum ſit ſive aliud, concurrentem, cum hoc habere Jurisdictionem, ſed in ſupradictis cauſis omnibus perinde ac de Feudalibus §. 13. jamjam monuimus, privative noſtrum fundari Judicium, adeo ut ne quidem Judicium Cæſareo-Provinciale Onoldinum in iis cognoſcere poſſit. Sic etenim jam in antiquo aliquo publico Literarum Codice legimus A. 1439. Judicem dicti Judicii Provincialis, qui tum temporis erat Wihelmus de Rechberg, cauſam aliquam foreſtalem in illo Judicio à Foreſtario Norico contra molitorem in Pruck inſtitutam, declinatoria fori à reo oppoſita, ad noſtrum hoc Judicium remiſiſſe. Ipſis præcipuis Literarum verbis dictorum

dictorum fidem suffulcimus, quæ ita sonant: Daz verantwurt -- der vorgenannt H. K. Müllner -- und antwurtt auch zu den vorgeschrieben Sprüchen und sprach der vorgenannt Wald wer ein freyer Wald und hett insunderheit ein freys Gericht und was in dem Wald gehauet und verwürckt wurde / das solt vor des Walds Reichs-Richter verhört und verrecht werden und begert von der Spruch wegen sich für den Richter des Vorst-Rechten zuverweisen. Nach Clag und Antwurt wurden sie auf bede Seiten für des genannt. Walds Vorgericht (legatur Vorstgericht) und Recht geweist / sie darum mit Recht zu entscheiden und zu entrichten -- Geben mit Urteyl unter des Lantgerichts Insiegel am Dornstag (intellige Dontstag) nach des heiligen Creutztag / als es erhöht warde nach Geburde Christi viertzehenhunder und in den newn und dreissigsten Jaren. Et hæc de Jurisdictione.

CAPUT IV.

De Processu hujus Judicii Forestalis.

§. 1.

SI in tota hac materia sese campus offert excurrendi, certe in hoc Capite id fieri, arbitror, nisi calamo certus præfigeretur modus. Sed cum instituti ratio & spatii angustia studium brevitatis commendat; contenti erimus de Processu pauca quædam degustasse. Quandoquidem & hæc brevitas nos in majus ut vereor, rapiet spatium, quam in animum induximus. Ne vero nimis longe aberremus, præmittamus necesse est, ea, quæ deerunt, cum ex Jure Communi tum ex Jure Norico, tum præcipue ex Stylo Judicii nostri Civitatis & inferioris des Stadt- und Unter-Gerichts in Nürnberg supplenda, ne dicam præsupponenea esse. Quippe quorum Processui regulariter & nostri

Pro-

Processus conformis esse debet, dum peculiare aliquod receptum demonstrabitur.

§. 11.

Ante vero quam partes certaminis ingrediantur arenam Amicabilis Compositio eis suadenda foret, quia ad litigium tanquam durum aliquod remedium non properandum esse, ipse Christianus dictitat amor. Quodsi de hac spes nulla, in id omnes qui Judicio intersunt, incumbere oportet, ut missis ambagibus citra moram modo quoque commodissimo res expediatur. Hinc est, quod ab Illustri Senatu Norico A. 1664. salutari profecto consilio Decretum: Es sollen Herren Richter / Assessores und Schöpffen / am Stadt-Land-Baurn- und Unter Gericht-- noch ferner darob sehen / daß -- in allen Sachen ante litis contestationem denen Partheyen beweglich zugesprochen werde / (sive hoc fiat ab illis ipsis Personis Judicialibus, sive ab aliis puta arbitratoribus) zwischen ihnen gütliche Handlung gepflogen und sie miteinander verglichen / oder widrigen Falls der Process befördert / schleunig derinn verfahren und vergebliche Kosten und Weitläufftigkeiten abgeschnitten werden. Quæ ad nostrum Judicium, licet illius mentio non fiat, utique necessario applicanda esse, nullus forte dubiat. Vestigia quoque videmus in Protocollis forestalibus, in denen Forst-Gericht-Büchern / quo & sequentem casum dubio procul referre licet, si pronuncitatum est, in Sachen H. W. Sattlers contra L. O. 10. fl. 18. pf. verrechnets Gelds / so O. dem Sattler schuldig seyn soll / betreffend / ist nach allem der Partheyen Fürbringen (intellige brevem & succinctam causæ narrationem, ut antecedens petitio responsio 5. lineis inclusa ostendit) zu Recht erkannt / daß sich Kläger und Antworter hinzwischen dem nähern Rechten miteinander berechnen

sollen /

sollen / in Beywesen unpartheyischer schiedlicher Persohnen in gleicher Anzahl / wo das nit geschehe / so soll solches wieder zu Gericht angezeigt werden / soll ferner geschehen was recht ist.

§. 111.

Quodsi igitur amicabilis hæc compositio nullo aptato gaudeat effectu, porro cavendum, ut in §. proxime præced. dictum, quo litium ambages amputentur & breviori via procedatur. Unde est quoque quod Illustris Senatus Noricus sapienti consilio variis articulis modum præscripserit, qui in inferiori Judicio nostro in dem Unter-Gericht / ubi Summarius observatur Processus tenendus. Potiores articuli eo redeunt, ut in causis minoribus posthabito processu scripto dem schrifftlichen Procefs, actio ipsa oretenus instituatur, reus ad hanc statim respondeat & de cætero res brevi intervallo ventiletur ac decidatur. Id quod & nostro Judicio convenit, ibi enim videmus utriusque partis proposita, generali quadam formula annotata & statim desuper pronunciatum esse. Exemplo sit hic Casus: H. S. Ambtmanns-Knecht / klagt zu H. V. zum Sündersbühl / darum / daß er bey einem Weyher daselbst ohngefehrlich 47. Tannen und Fichten abgeraumb hab / bitt den V. dahin zu weisen / daß er ihn solchen abraumb / mit Widerlegung Gerichts-Kosten und Schäden richt. Proxima vero, quæ auditam actoris petitionem aliqua tantum linearum intercapedine sequuntur verba, hanc promunt sententiam: In Sachen H. S. Amptmanns-Knecht / contra H. V. zum Sündersbühl von wegen seines Abraumbs/ist nach Klag/ Antwort Rede und Wieder-Rede zu Recht erkannt/mag gedachter V. einen Ayd schwören / daß solcher Abraumb weder durch sich selbst / oder durch sein Geheiß oder Befelch/ auch ohn sein wissen geschehen seye / soll er des Spruchs halb ledig seyn.

E Quæ

Quæ dicenda restant, in seqq. forte, dum de Processus ordinarii partibus sigillatim nonnulla tangemus, occurrent.

§. IV.

Delibabimus itaque tamen aliqua de Processu ordinario ejusque partibus. Ubi ante omnia de citatione erit agendum. Hanc Dd. diversimode dispertiuntur & præcipua divisio est, quod sit vel publica vel privata. Publica quæ etiam Edictalis est, in Judicio hoc plurimum iu Concursu Creditorum locum habet, si scilicet unus ex subditis hujus præfecturæ obæratus, bonis cedit, aut alias Concursus fit. Tunc enim obtinet Edictalis hæc citatio tam ad liquidandum, quam licitandum & exempla hodie sunt obvia.

§. V.

Privata fit vel ipsi citato in faciem vel ad domum, e. g. Uxori, liberis, & quidem vel viva voce, vel per literas Judicis. Hic in nostro Judicio de hac materia animadvertendum occurrit, quod cum alias nemo alterius subditum in Jus vocet, *arg. L. ult. ff. de Jurisd.* & hoc in casu subsidialis vel mediata citatio sit recepta, adeo ut potius per preces quam præceptum fiat, hic tamen aliud valeat, ita ut etiam unicus Judicii vel in faciem vel ad domum alienum subditum, utputa Brandenburgicum citare possit, sic enim supra allegata transactio Harrasensis de An. 1496. ratione Brandeburgicorum inter alia disponit. Des Forst-Gerichts Both mag auch den / die er für das Forst-Gericht fordern will / das Fürbott in ihr Behausung oder unter Augen verkündigen / doch nicht anderst dann in Sachen / die an das Forst-Gericht gehören/ex quibus ultimis verbis æquitas & ratio hujus articuli simul liquet, scilicet quod in forestalibus

libus causis tantum, hoc obtineat, in quibus tales, tanquam subditi forestales, considerandi & proinde citandi.

§. VI.

Ratione citationis denique adhuc ex Jure communi repetendum, eam non tantum ideo fieri debere, ut reus compareat, sed etiam ut deliberare & se præparare possit, atque ita præmeditatus accedat, & instructus ad agendum veniat, cognita actione, qua convenitur, *L. 1. pr. ff. de Edend.* Idem in nostris Judiciis confirmatum, si Illustris Senatus Decreto de Anno 1623. injunctum, ut actorum Procuratores actionem in duplo edant, & in prima statim citatione alterum exemplar reo insinuari curent; ratione cujus quoq; in hoc forestali quondam legimus fuisse interlocutum: daß Klagender C. soll schuldig seyn / seine Klag zwisech in Schrifften im Gericht in 4. Wochen die nechsten zu erlegen / die soll dem S. (reo scil.) zugestellt / und der S. in seiner Antwort schrifftlich gehört werden. Et rationem hanc transigentes similiter in oculis habuisse apparet, dum in Ordinatione Forestali An. 1535. prelo subjecta ita præter alia circa finem conventum: Item zu Verhütung künfftigs Zancks ist abgeredt / wann die Forster die arme Leute pfänden / daß sie ihnen anzeigen / wie hoch und wofür sie pfänden / damit ein Armer / ob er darinn beschwehrt wäre / sein Nothdurfft zu handeln wiß / dann so es den armen Leuten allererst vor dem Forst-Gericht angezeigt wird / könnten sie alsbald ihr Unschuld nicht darthun.

§. VII.

Libellus, qui Dd. nihil aliud est, quam actio edita, proprie loquendo de actione in scriptis accipitur, late tamen etiam denotat ejus propositionem ore prolatam,

 Umm.

Umm. *disp. 6. thes. 37.* quamvis ceu mihi videtur valde improprie, cum in jure vix unquam vocabulum libelli sine scriptura legatur. Blum. *in Processf. Cam. T. 68. n. 3.* libellum itidem dividit in verbalem & scriptum, & si ejus sententia hæc est, ut forte videtur, quod per verbalem intelligat repetitionem libelli scripti antea exhibiti, rectius tandem, credo, admitti posset distinctio, quia tunc libellus scriptus, qui revera existit in materialibus repetitur, cum alias nullo libello edito propositionem oralem rectius libellum fictum quis nominaverit. Notior autem & certior est altera libelli scripti divisio, quando à Dd. dispescitur in articulatum & simplicem sive (secundum Umm. doctrinam *d. disp. 6. th. 38.*) continuum. Cujus utriusque definitionem exhibere supervacaneum duco, cum res nota. Notandum hic tantummodo in nostro Judicio forestali articulatum à multis temporibus fuisse receptum, quanquam nec de summario exempla desint. Post ubi v. Anno 1654. in Comitiis Ratisbonensibus universali Imp. & Statuum consensu, teste Recessu de his Comitiorum gestis conscripto, conclusum, libellum articulatum, in summo Camerali Judicio ob prolixitatem & ambages suas penitus esse proscribendum, & simplicis usum, hoc tamen moderamine, retinendum, ut loco articulorum, si opus, punctatim construatur, (unde quoque subdivisio libelli summarii in summarium stricte dictum & punctatum, quam Blum. *d. T. 68. n. 21.* docet, orta) ab hoc tempore in collectis actis judicialibus libellum simplicem crebro usurpatum invenimus, licet magis ex recepto quam ex necessitate; quo de argumento iterum in consilium adhibeas, Generos. Domini Christ. Scheurelii à Defersdorff/ Mœcenatis æternum devenerandi supra laudatam Dissertationem *de Judic. Reipubl. Noriberg. c. 2. circa §. §. ult.*

§. VIII. De

§. VIII.

De comparitione ferme nihil, de contumacia vero aliquid dicendum est. Illum quidem regulariter contumacem haberi, qui tribus edictis propositis, vel uno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, literis evocatus, præsentiam sui facere contemnit: *L. 53. §. 1. ff. de Re Jud.* his ipsis verbis sui nos edocet. Observatione dignum est, quod Dn. Brunnem. *in Proc. Civ. c. 4. n. 7* & ex eo Dn. Strick. *in Introd. ad prax. forens. 6. §. 2.* notat, illum scilicet statim contumacem esse, qui si semel citatus, se comparere nolle dixerit. Et sic haud dubie intelligendus est ille casus, quando in judicio nostro quondam fuit interlocutum. Auf Klag und Fürbringen N. und des geschwornen Gerichts-Botten Relation, daß er dem Beklagten unter Augen verkündt hab / ist auf desselben Beklagten Ungehorsam aussenbleiben und nit erscheinen ertheilt und zurecht erkannt / daß der Kläger seine eingebrachte Klag erstanden / und vollung erlangt hab / und dem Antworter von Gerichtswegen der Wald verbotten seyn. Tantum autem abest, ut ita fuisset pronunciatum, si de expressa ejus inobedientia non constitisset, ut potius in aliis casibus legitima impedimenta illæsa remanserint. Sic enim alibi legimus: Ist zu Recht erkandt / dieweil er auf Beruffung nit ist erschienen / daß er solches richte nach Walds-Ordnung, doch dem Beclagten vorbehalten nöthig ehehafft. Reliqua hujus argumenti ex ipsa Reformatione Norica & stylo Judicii Civitatis petenda, circa quæ diutius morari, temporis ratio non patitur.

§. XI.

De litis contestatione paucis tenendum, ratione illius in Judiciis nostris usum invaluisse, ut quilibet Procuratorum disertis litem contestetur verbis. Hinc audimus etiam

am in Judicio Civitatis in dem Stadt-Gericht / quod publicum est, & auditores otiosos quoque admittit, à Procuratore actoris æque contestari litem, his omnino verbis: will Anwald nomine Principalis mediante litis contestatione affirmativa angezeigt haben / welcher Gestalt 2c. quod tamen, testibus actis Forestalibus, in hoc judicio vix in necessitatem juris tractum videtur; Nam in aliquibus libellis & aliis actorum propositionibus similem litis contestationem invenies, in aliquibus vero non æque.

§. X.

At quæritur: an hæc actoris litis contestatio affirmativa defendi possit ex Jure Justinianeo? siquidem de hoc maxime dubito. Prius autem erit discutiendum, quid sub verbo litis intelligatur, quam respondeatur ad hanc quæstionem; ubi, mea quidem sententia, nihil aliud quam contestationem controversiæ intelligendam esse facile crederem, licet Gœdd. *ad L. 36. n. 3. & 4. ff. de verb. sign.* varias litis significationes recenseat & litem hic quoque non controversiam sed actionem designare. *n. 6. & 9.* statuat. In quo tamen ab ejus sententia, citra injuriam forte, recedendum putarem, dum certe saltem in sensu nobis usitato, nihil potius quam contentionem & controversiam denotat, ob vernaculam phrasin cum dicimus: den Krieg Rechtens befestigen. Consentire videtur *L. 2. C. de Jurejurando, propter calumniam*, dum ex more legum Codicis παραφραστικῶς eandem vocem per certamina reddit, Vid. *quoque Novella 125. in præf.* Ratione verbi contestationis non est quod multa disquiramus, cum in eo ad unum omnes ferme consentiant Dd. quondam testibus adhibitis factam, nunc vero penitus abolitam esse solennem hanc contestationem. Utramque rem non minus succincte,

quam

quam eleganter exponit Vinn. *ad Inst. tit. de off. Judic.* statim ab initio, ubi ait: *Si quis in jus vocatus est, neget, quod intenditur, & cum actore paratus sit contendere: negatio ejus rem dubiam, contentio utriusque litem facit, & a veteri ritu testationis in lite instituenda litis contestatio dicitur.*

§. XI.

Considerata verborum natura nunc quæritur: an cum actoris propositione litis contestatio induci possit? & videtur secundum sensum Jur. Rom. negativa verior, si enim *L. 1. C. de lit. Contest.* intuemur, dilucide secernunt Impp. litis contestationem ab actionis editione, & litem tunc demum contestatam esse volunt, cum Judex per narrationem negotii causam audire cœperit; ad hanc autem narrationem negotii Dd. & inprimis Bartolus ad *h. l.* rei responsionem necessario requirunt, & recte. Nam ut secundum Rhetorum tradita Status controversiæ non potest formari, nisi de utriusque partis desiderio constet, ut liqueat quidnam sit in lite vel non? ita similiter Status litis neutiquam certe dignosci potest, nisi rei responsio adsit & doceat, non tantum in quo, sed etiam an lis sit? Nobiscum facit Dn. Textor *in Praxi Jud. p. 1. c. 4. n. 14.* & Blum. *in prec. Cam. T. 71. n. 2. cum aliis multis.*

§. XII.

Si statutaria jura evolvimus, legimus im Würtenberg. Land-Recht / *P. 1. p. m. 85.* Es heist und wird aber der Krieg Rechtens damals verfangen und für befestigt gehalten / wann nach eingebrachter und übergebner Clag der Beclagte darauf mit gestehen oder widersprechen derselben ꝛc. Antwort geben hat. His subscribit etiam Reform. nostra Norica *T. 6. L. 2. §.* Hette aber der Beclagte ꝛc. *&* §. so die fürgewande *dilatori*sche *cum seqq. §. §.* Ex quibus facile evincitur, per actoris solam

solam propositionem non tantum nõn ex Rom. sed etiam ne quidem ex statutario Jure litis contestationem statuere posse.

§. *XIII.*

Quia tamen à Dd. Actori itidem tribuitur litis Contestatio, pace Eruditorum & salvo rectius sentientium judicio, talem litis contestationem prævia & perspecta aliqua Rei responsione ex parte actoris per reproductionem sive repetitionem libelli forte admittendam esse concederem. Quo respicere quoque videntur Jura nostra statutaria in §. dagegen der Kläger etc. *juncta* §. *seq.* und wann also der Krieg-Rechtens befestigt. *d. Tit. & L. Reformat. Noric.* Et tutius in hoc sensu opinor, quis posset litis contestationem actoris defendere, quia tum jamjam de Statu litis constaret. Quodsi etiam quid perspiciam, eo certe redit Dn. Textoris sententia *in Praxi Jud. p. 1. c. 7. n. 13. in verb.* actor reproducendo libellum litem contestetur, & Gail. *in obs. p. 1. obs. 73. n. 2.* in verbis: hujusmodi enim libelli repetitionem affirmativam litis contestationem vocant.

§. *XIV.*

Auditis autem his Gailii verbis dubium adhuc remanet, utrum litis contestatio ita recte in affirmativam & negativam diducatur, ut illa ab actore fiat. Certum enim est, quantum equidem scio, hanc distinctionem in toto Jure Justinianeo expressam non reperiri, ad minimum hoc in sensu; siquidem jure illo actoris litis contestationem penitus incognitam credere volumus. Sed fac esse, eam præter literam Juris Justinianei docendi gratia in foro & praxi receptam, ut Biccius *in Collegio Juridico Argentor. enucl. ad tit. ff. de Jud. n. 45.* fatetur: Non capio certe, quidnam commodi ex hac distinctione proventurum sit, quidque ea sibi velint Dd.? dispescitur enimvero in modo dicta hypothesi, (quod & actori competat litis contestatio,)

aut

aut utriusque partis conteſtatio in affirmativam & negativam, aut in ſpecie illa Actori hæc Reo perpetuo attribuitur? Priori caſu falleret hoc in actore cujus conteſtatio negativa non poteſt eſſe, ſemper enim qui agit, ſe litem conteſtari affirmaret non negaret, & licet detur actio negatoria in ſervitutibus, attamen nec hoc caſu ſtatuenda eſſet actoris conteſtatio negativa litis, quia tantum Jus quod alter prætendit ei denegat & litem propterea, ut edoceat hanc denegationem, conteſtari contendit & affirmat. Poſteriori caſu autem ſequeretur rei litis conteſtationem ſemper & neceſſario fieri negativam, cui tamen praxis reclamat & multi Dd. ipſi id impugnant.

§. *XV.*

Rectius forte igitur hac in re ſentient & propius ad Jur. Rom. principia accedent Dd. illi, qui in ſalvanda hac diſtinctione, unam tantum litis conteſtationem admittunt, & eam quidem per rei reſponſionem fieri ſtatuunt, quam ſolam commode in affirmativam & negativam partiuntur, ita ut in Praxi fortaſſe, haud citra utilitatem, nunc eſſet retinenda hæc partitio, prout in ſupra citato loco aus dem Würtemberg. Land-Recht recepta videtur. Illos equidem ſectari nolo, qui affirmativam eam eſſe dicunt, ſi ſimpliciter confitetur Reus, ſe illud debere quod Actor petit. Licet enim tunc Judex ad ſententiam procedere poſſit, non foret tamen lis aut controverſia ſive diſputatio, multo minus litis conteſtatio, vid. Beſold. *de Proc. Jur. C. 10. n. 3.* niſi quis verbum Litis cum Gœdd. præter noſtram praxin, ut ſupra demonſtratum dedimus, pro actione accipere velit.

§. *XVI.*

Sed probabilior eorum habenda diſtinctio, qui affirmativam litis conteſtationem rei dicunt, ubi narrata actoris quidem fatetur, actionem vero per exceptionem per-

empto-

emptoriam elidit. Negativam contra, ubi simpliciter intentionem ejus reprobat & negat. Et huic sententiæ adstipulatur Dn. Brunnem. *in Proc. Jur. Civ. c. 14. n.* 8. item D. Stryck. *in Introd. ad Prax. For. c. 15. n. 3.* Termin. *in Proc. Jur. c. 208. n.* 7. *& 8.* quamvis hic etiam admittit simul alteram affirmativam, quam §. præced. rejecimus. Vid. Vinn. *in select. Jur. quæst. lib. 1. c. 17. inf.* item Gœdd. ad *l 36. ff. de V. S. n. 21.* ubi in hypothesi sua, quod vocabulum litis actionem & hic denotet, hujus distinctionis vestigia ex jure Romano arcessere satagit.

§. *XVII.*

Revocat tandem nos in circulum, e quo hactenus evagati sumus, Processus ordo, & postulat, ut de reliquis etiam non nihil dicamus. Quod ergo Exceptiones, Replicas, Duplicas & alias ulteriores allegationes concernit, Jus civile Romanum certam mensuram non præscribit, sed permittit potius ultra triplicas procedere. §. *3. Inst. de replic.* Sed licentiam hanc allegationes multiplicandi merito hodie refrænandam & ad duplicas tantum restringendam, nec triplicas, nisi ex gravi causa concedendas esse recte censet Vinn. *ad d.* §. *3.* Id quod usu receptum videmus nostro ævo in Camera, teste Blum. *T. 63. n.* 19. imo in *n.* 17. quasdam refert causas, in quibus nec duplicæ *& n.* 18. alias, in quibus ne quidem replicæ admittuntur. Quoniam autem in nostro Judicio Forestali nullam certam mensuram injunctam esse accepimus, sed potius diversa rerum exempla sese offerunt; Tutius dubio procul cum Vinn. statuimus: a Judice recte duplicas, in quibus scil. plurima negotia regulariter absolvi possunt, permitti, ut ne alias necessarius scriptorum seu allegationum numerus diminuatur, ulteriores vero soli Judicis arbitrio, pro cujuslibet causæ natura & statu, relinquendas esse, actis ipsis forestalibus non obloquentibus.

§. *XVIII.*

De probatione quæ in processu fit, generatim tenendum: eam vel per instrumenta, vel per testes, vel per juramenta, vel per αὐτοψίαν seu ocularem inspectionem fieri: non exclusis sed potius in subsidium adhibitis præsumptionibus sufficientibus, si claræ probationes deficiunt; quibus tamen omnibus non opus, si confessio partis litem infringit & disputationibus obicem ponit, quippe quæ confessio quandoque etiam per positiones summario libello insertas, jurejurando impulsore, elicitur.

§. *XIX.*

Nobis ad probationum species descendentibus occurrunt peculiares quidam per instrumenta probandi modi, de quibus nonnihil dicere animus est. Ad docendam enim qualitatem forestalem, daß eines sein gut Wald-Recht in dem Wald Sebaldi hab / inprimis juvat (1) matricula sive catalogus forestalis, das so genannte Hennenbüchlein / in quibus omnia prædia hoc jure gaudentia inscripta inveniuntur, una cum canone, quem quotannis in recognitionem istius debent. Ex quo dubio procul est, quod ab una hujus canonis specie, quam per gallinas præstamus, nomen adeptus hic libellus. Et quamquam quis per alium aliquem librum aus einem andern Urbar-Saal-oder Gült-Buch eandem qualitatem prædii sui probaturus est; attamen eo nihil efficit, si prædium suum in nullo exemplari hujus matriculæ (utpote quæ propter possessorum mutationes quandoque renovatur) non occurrit, aut ex aliis forestalibus libris, de quasi possessione hujus juris per multos annos constat. Atque ejus ratio est, quod tales probationes nullo firmo nitantur fundamento, præsertim cum adscriptiones horum aliorumve jurium realium sæpius sine causæ cognitione fiunt, nec eas sufficiens aliqua

 proba-

probatio præcessit. Hinc quoque duobus cautum Decretis Illustris Senatus Nor. *de An. 1582. & 1603.* daß in die Kauff-Brieff keine Feuer-Waldrecht oder anders Herkommen ohne deren Ambtleute/ welche in solchen Juribus zu sprechen haben/ Vorwissen und Zulassung eingeschrieben werden sollen.

§. *XX.*

Ratione Pignorationum provocant (2) actores publici (famulos seu servos Dn. Præfecti indigito) ad Libros pignorationum, auf die Pfand-Bücher/ quos atiam generali nomine appellant, die Wald-Bücher / e. g. H. K. (Amptmanns Knecht) klagt zu H. B. Müllern zu der - Mül umb etlich Pfand im Wald-Buch begriffen/ bitt ihn gerichtlich dahin zu weisen/ daß er ein solches richt nach Wald-Ordnung/ ita (3) similiter per literas reversales, de quibus supra *c. 3. §. 8.* diximus, reprobatio fit ex parte des Amptmanns-Knechts/ si quis aliquid de Jure prætendit, quod tamen precario, secundum tenorem harum reversalium, concessum. Superest item (4) probationis per instrumenta species illa, si per delineationem vel picturam antiquam, durch einen Riß / statum aut situm prædii aut loci, terminorum limitumve probare quis cupit, modo libri forestales vel acta eam non impugnent.

§. *XXI.*

Per testes idoneos etiam sæpius edoctum jus e. g. pascendi, vel potius juris ejusmodi exercitium; Imprimis quod ad possessionem vel quasi attinet, num scil. hic vel ille aut majores sive antecessores sui in quasi possessione juris fuerint. Nec desunt exempla in caussis forestalibus, ubi controversia ex uno tantum actu, possessorio scil. pendebat, aliquot testes statim ad acta testimonia sua dedisse, brevi adnotatione de eorum ætate & statu præmissa. Cæteroquin extra processus summarii angustias ordine juris observato communi,

proba-

probatoriales articuli sunt exhibiti, (Weisungs-Articul) ubi formatio interrogatoriorum & generalium & specialium, gemeine und sunder Fragstück (ut stylus protocollorum antiquus habet) reo etiam publico als dem Ambtmannsknecht libera semper fuit.

§. XXII.

Unicum hoc præjudicium meretur notari, quad famulus Dn. Præfecti ein Ambtmanns Knecht / & saltuarius mercenarius, ein Stock-Forster / consensu tamen utriusque partis, ad testimonium dicendum in causa socii sui actoris, eines andern klagenden Ambtmanns-Knechts/fuerint admissi, adeo ut uterque tantum promissorii sui juramenti ratione officii præstiti admonitus deposuerit. Tenor protocolli ita se habet: H. B. Ambtmanns-Knecht/ item C. C. (S. H. forestarii hereditarii eines Erb-Forsters Knecht und Vorster intellige Stock-Forster) haben auf Bewilligung beeder Partheyen bey ihren Ambts-Pflichten gesagt/ und sind zuvorderist in gemeinen Fragstücken ihnen Ambtshalben fürgehalten / unverdächtig erfunden/ ꝛc.ꝛc.

§. XXIII.

Jurisjurandi religioni quoque sæpius relicta sunt, ad quæ veritati aliter via non patuit. Sic purgatorium (ceu videtur) injunctum, quando interloquebatur: In Sachen H. S. Ambtmanns-Knecht contra E. Z. ist nach Klag/Antwort -- zu Recht erkannt / -- mög Z. schwören das sein Fürgeben ungefährlich die Warheit/ daß er diesen Abraum nicht gethan/ wie er beklagt worden / so soll er dieses Zuspruchs ledig seyn. Suppletorium vero ita delatum esse credo: Ist auf beeder Theil Darbringen zu Recht erkanndt/mag der Antworter schwören / daß er dießmal an demselben Holtz nit gehauen/ und sein Fürgeben und Verantwort die Warheit/ so sey er dem Cläger an diesem Zuspruch nichts schuldig / könne oder wolle er aber solchen Aid nit thun / so soll er das Pfand

swandeln nach Walds-Ordnung. In causis autem levis momenti vel minoris præjudicii juramento merito parcatur, ne profanationem Sanctissimi Nominis Divini Judex incurrat. Unde est quod in his nudæ asseverationi, tacto simul Judicis baculo, stetur; & sæpe illam his injunctam esse verbis ex actis didicimus: Mag Beclagter an Aides statt anrühren / daß sein Vorgeben ungefährlich die Warheit seye. :c. :c.

§. XXIV.

Haud rarissimus sed admodum frequens potius probandi modus est αὐτοψία seu ocularis inspectio, quippe quæ in causis ædificiorum, servitutum & id genus aliis omni alia probatione longe præstantior, instituitur in causis majoris momenti non tantum à Domino Præfecto, sed etiam à 2. (utplurimum) ex Illustri Collegio Dominorum Deputatorum adscito Actuario & fabro lignario forestali, den Wald-Schreiber und Wald-Hauer / qui ultimi in rebus exiguis alias soli hosce actus expediunt. Lignarius enim Faber tanquam hujus suæ artis peritus, statum objecti inspiciendi, e. g. ædificii sub examen revocat, de quo edoctus Actuarius Judicio in scriptis refert. Omnia quoque futura ædificia & vilissimæ eorum partes non nisi consensu Domini Præfecti exstrui vel mutari permittuntur, quem vero regulariter ocularis inspectio & aliqualis saltem delineatio mechanica, quam Ichnographiam dicunt, præcedit.

§. XXV.

Transimus ad sententiam, quæ secundum Dd. instituta vel interlocutoria vel definitiva est, de illa, quam subdividunt in simplicem & mixtam nihil dicemus, cum jam exempla de his in antecedentibus inveniuntur. De definitiva ergo nobis sermo erit. Cui & hic plerumque præmittuntur, quæ ad processum ipsum pertinent,

e. g.

e. g. auferneurte Klag/ Antwort/ Red/ Widerrede / (hæc 2. verba in recentioribus vix occurrunt) beeder Theil Fürbringen auch der verhörten Zeugen Sag und verlesen der Wald-Bücher / deßgleichen Frag des Clägers von N. wegen/ ist zu Recht erkandt/ daß ꝛc. Quodsi vero quis publico nomine fuerit conventus, e. g. à famulo von dem Ambtmanns-Knecht/ vel quandoque olim à Dn. Præfecto ipso, Assessores expresse Judicantes fuere appellati v. g. haben sich die Herren Schöpffen einer endlichen Urthel dahin verglichen / daß ꝛc. qui tamen hoc in casu quoque rem dubiam Superioribus retulerunt, e. g. auf beeder Theil Fürbringen/ Klag/ Antwort haben die Urtheilere Bedacht genommen mit diesem Abschied die Sach ad Senatum gelangen zu lassen. Qui casus Relationis Judicis inferioris ad superiorem (qua de vid. *t. t. C. de relat.*) fortè haud incongruè hîc signandus erat. Licet enim in *Nov. 125.* hæ relationes propterea, quod lites per eas protrahebantur sublatæ sint, dubitat tamen Rittersh. *ad Nov. P. 9. c. 7 n. 6. inf.* de ambiguitatibus ex legibus provenientibus, num scil. & illas Imperat. intellectas voluerit. Adeò ut eo tutius & hoc in casu, ubi Judicis res agebatur, Relatio sibi locum vindicare potuerit. Quid? quod *in Decretal. c. 65. de Appell.* Pontifex & in Nemesi Carolina *art. 7. & ult.* Sacratissimus Legislator hanc relationem approbant, & quidem optimo maximo jure in Criminalibus, eò, quod appellationis beneficium ibi valde restrictum.

§. *XXVI.*

De reliquo ratione sententiarum Judicii nostri adhuc monendum est, eas, ut plurimum relative concipi, ad actoris libellum vel petitum referendo decisum, etiamsi ratione plurium capitulorum ex parte condemnatoria ex parte absolutoria sit, ut de utroque sequens testatur sententia: Nach Anhörung/ Clag/ Antwort/ beeder Theil geführter Kundschafft/ ertheilten und eingenommenen Augenschein/ allen fernern Fürbringen und gethanen Beschluß ist zu Recht erkant / daß Beklagter erst nach des Klägers Klag und Begehren bey dem ersten Punct zugeleben und folg zuthun schuldig/ aber des andern Puncts halben/ absolvirt und geledigetseyn solle.

§. *XXVII.*

Ratione expensarum suggerunt nobis acta informationem, itidem ut in aliis Judiciis eas mox compensando mit Vergleichung mox ad judicando mit Abtrag der Gerichts-Kosten und Schäden/ ad calcem sententiarum rejicere, prout scil. pars victa temerè litigans fuit vel probabilem litigandi causam habuit. Et hæc litigandi causa attenditur

etiam

etiam in adjudicatione pignorationum, der verfallenen Pfand halben/ sic enim in sententia aliqua condemnatoria annexum est: und der verfallenen Pfand halben ist der Beklagt aus beweglichen Ursachen/ (quæ facile ex antecedentibus testium depositionibus hauriendæ) dieselbe zurichten erlassen.

§. XXVIII.

Ex contrariis Sententiæ unicum hoc ad finem properando decerpimus, Appellationem hîc licitam non esse, Inclytum tamen Senatum Noricum aliquando huic privilegio in tantum cessisse, ut appellationem ad se ipsum admiserit. Quanquam in omnibus actis Judicialibus præter unum casum vix alius occurrat; Si nimirum oppidum Lauf/ ejusve cives contra Dominum Præfectum Anno 1528. de causa aliqua disceptati sunt, eâ autem decisâ tanquam victi litem ad Senatum, prævio hujus consensu, transtulere, ut nos hac de re acta utriusque instantiæ certiores reddunt. Restarent adhuc multa & imprimis totum speciale caput de Cognatis Judicii nostri, ubi dicendum esset 1) de Sessionibus Illustrium Dominorum Deputatorum von Wald-Herren-Sessionen / 2) de Præfectura nostra Forestali von Wald-Ambt/ quæ in causis extrajudicialibus nonnunquam tamen etiam in judicialibus solennem causæ cognitionem non requirentibus Judicio subservit; universalem autem inspectionem in omnes officiales & subofficiales, e. g. Erb- und Stock-Forster Dn. Præfecto tribuit. Ac denique 3) de altero Judicio forestali, quod in opposita regione meridionali claret, & das Zeidel-Gericht in specie nominatur, propriamque Præfecturam itidem habet, quæ Illustres Dominos Deputatos in extrajudicialibus æque ac nostra superiores agnoscit. Sed quia hæc omnia cum reliquis amplius exigunt spatium, quam quod mihi publicorum negotiorum cumulo obruto contigit, filum abrumpere cogor. Finem modò dictorum Judiciorum & præfecturarum in eo positum esse admonens, quò Sylva à devastatione sarta tecta conservetur, ejusque incrementum in Commodum Per-illustris Reip. Patriæ & tum Noricorum, tum aliorum vicinorum subditorum indies promoveatur, nec minus quoque quilibet eorum, qui hoc Jure gaudent, eô tuto gaudeant, alios longè arcendo. Fine autem rei imposito manum revoco, humillimo pectore Summo Divino Numini immortales agens gratias, Cujus misericordia omnis profectò expers

FINIS.

